UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Vindicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library

vel à collegio patrum, vel si habet authoritatem à lege, quia ista durāt, perseuerat & ipse, secundum *Pan.* in ca. 1. ne sed. vac. ali. Inno. secus est, si factus est à priore, episcopo, abbate, vel alio prælato, quia nòn durat eo moriente. Cessat etiam vicarij potestas, episcopo excommunicato. *Pan.* in ca. 1. de offic. leg. Intellige secundum quosdam re integra: quia idem iudicium est, sicut de elegato, secundum *Pan.* in c. licet. de offic. delega. Secus autē quādo res non est integra, secunda Ioan. And. in d. c. 1. de offi. vic. Not. etiam secun. *Pan.* in c. volente. d. of. del. posito vno vicario, reliquus non remouetur: licèt contrarium tenuerit Io. Cal.

VINDICATIO.

VINDICATIO vna est, quæ per iudicem, vel superiorē exercetur secundum quod iura disponunt diuina, vel humana, & si fiat secundū rectā intentionem, est actus bonus à virtute procedēs. Altera, quæ fit, seu appetitur à persona priuata, & quantū ad actū vindicandi illicitū, est priuatæ personæ, nisi propter defensionem cū moderamine, vt suprà, Homicidium. §. 3. Est enim actio habētis potestatē super eum, qui punitur. Quantū autem ad appetitum nō est peccatū appetere vindictā, id est, iustā punitionem malorū hoc est enim appetere iustitiam, dummodò nō appetatur ex odio, vel gratia satiandi animū, vel alio malo fine, sed vel propter correctionē delinquentis, vel vt alij timeāt, vel propter bonū pacis, & huiusmodi: aliter vindicātes se, vel vltionē appetentes, & nō prædicto modo, mortaliter peccant, nisi ex imperfectione actus vel in re parua. Potest etiā quis quærere vltionē de propria iniuria, quando redūdat in vituperium Dei, sicut fecit Siluerius Papa, qui excōmunicauit eos, qui cū exulem fecerant fieri. 23. q. 4. c. Guilisarius. vel quando vergit in detrimentū animarum, vel in scandalū: quia non est cōtra charitatē, alias patienter ferre laudabile est. c. tu bonus tolera. 27. q. 4. Mali ad exercitiū bonorū à Deo permittuntur, ideò patiēter tolerādi sunt.

VINVM.

VINVM non bibentes, ordinari ad sacerdotium non possunt. Ex eo enim quòd vinum abhorrent, possent vomere sacramentum. ar. in c. si quis per. de cons. dist. 1.

VIRGINITAS.

VIRGINITATEM seruare nō solùm est licitum, sed laubabile, non quia sit præceptū, sed consiliū, iuxta illud Apost. De virginibus præceptum domini nō habeo, consiliū autē do. Et quia posset quis obijcere præceptum Dei, scilicet, crescite, & multiplicamini, &c. dicitur, quòd sufficit hoc ab aliquibus adimpleri, & nō est necesse ab omnibus. Imò expedit aliquos cœlibē vitam ducere: vt vacent cōtemplationi. Quinimò cæteris paribus, virginitas præfertur coniugio: secundū Tho. secunda secundæ. q. 152. a. 4. Præceptū enim illud multitudini, non singulis datum est.

2 VIRGINITAS non perditur, si virgo dormiens violetur, dummodò quando iuit dormitum, hac intentione nō iuerit: nec si vi opprimatur, dū modò non cōsentiat in talē delectationē, licèt sentiat eā: neque dū patitur seminis fluxū, dūmodò renitatur quantum potest, etiā q; corporalem habeat delectationem. Nam virginitas principaliter cōsistit in deliberata voluntate, nō experiendi veneream delectationē, quæ sentitur in emissione seminis.

VIRGINVM *consecratio.*

1 VIRGINVM cōsecratio solùm ad Episcopum pertinet, cui ecclesiæ cura committitur, & in tali consecratione confertur gratia: secūdum Tho. 4. sent. d. 38. q. 1. nisi sit obex: non ex vi sacramenti: quia sacramentum nō est, sed ex opere operantis.

2 MVLIERES virgines mente, sed corpore corruptæ (quia violenter, siue dormientes, siue aliter fuēre corruptę) non debent cōsecrari, quāuis virginitatem nō perdiderint formaliter: quia ecclesia tātùm de exterioribus iudicat, & ad hoc est cap. ille. 32. q. 5. Quæ aūt corpore incorruptæ sunt, licèt mente